Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26243
Copyright: Admont, Benediktinerstift



131

felicitas & notitia sui. & dilectio sui. Non enim putandum est. sapientia quae
dns est. alia scire & se ipsam nescire. ut diligere alia. nec diligere se ipsam.
Si hec tria ita sint in homine. ut non ipsa sint homo. Homo est enim ani
mal rationale mortale. Homo quod habet animam. quae non est corpus. habet
corpus quod non est anima. de quo hoc illa tria non sunt homo. sed hominis sunt. ut in
homine sint. Detecto enim corpore. etiam si sola anima cogitatur. non anima
sed quod excellit in anima. mens uocatur. Qua propter una persona. i. singulus
quisque homo. habet illa tria in mente. ut mente in qua sola est imago tri
nitatis dei. trinitas vero in deo. non est aliquid dei. quasi ipsa non sit deus. immo nic
hil aliud est tota quam deus. nec aliquid ad naturam dei pertinet. quod ad illa
non pertineat trinitatem. & tres persone sunt essentie unitas. non sic singulus quisque
homo. una persona. Itaque in hoc magna distantia est. quod siue mentem
dicamus in homine. eius notitiam & dilectionem. siue memoriam. intelli
gentiam. uoluntatem. nichil nitus meminimus. nisi per memoriam. nec intelli
gimus nisi per intelligentiam. nec amamus nisi per uoluntatem. de qua in illa trinita
te quis audeat dicere patrem nec se ipsum. nec filium. nec spiritum sanctum intelli
gere nisi per filium. nec diligere nisi per spiritum sanctum. per se autem meminisse tantum
ut sui. et filii. ut spiritus sancti. eodemque modo filius. nec sui. nec patris meminisse nisi
per patrem. nec diligere nisi per spiritum sanctum. per se autem non nisi intelligere & patrem
& se ipsum. & spiritum sanctum. similiter & spiritum sanctum. per patrem meminisse & patris &
filii & sui. & per filium intelligere & patrem & filium & se ipsum. per se autem non nisi
diligere & patrem & filium. tanquam patet sint memoria. & sua. & filii & spiritus
sancti. filius autem intelligentia & sua & patris & spiritus sancti. spiritus vero sanctus caritas. & sua
& patris & filii. Quis hec in illa trinitate opinari ut affirmare presumat.
Itaque tria illa. i. memoria. intelligentia. dilectio. seu uoluntas. in il
la summa essentia. quod est deus. non pater & filius. & spiritus sanctus. sed pater solus. filius quoque
& ipse est sua memoria. sua intelligentia. sua dilectio. spiritus etiam sanctus
qua est sapientia. precedens de sapientia. non patrem habet memoriam. filium
intelligentiam. & se dilectionem. neque enim sapientia esset si alicui meminisset